



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Constitutionibus. Titulus II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)



DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

TITVLVS PRIMVS.
CAPITVLVM VNIC.

Spiritus Sanctus aeternaliter a Patre & Filio, tanquam ab uno principio & unica spiratione procedit. Ioan. Andr.

Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi.

Eideli ac devota professione fatemur, quod Spiritus Sanctus aeternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duabus principiis, sed tanquam ex uno principio: non duabus (pirationibus), sed una spiratione procedit: hoc professa est haec tenet, praedicavit & docuit, hoc firmiter tenuerit & praedicavit, profiteatur & doceat sancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium, & magistra: hoc habet orthodoxorum Patrum, atque Doctorum Latinorum, pariter & Gracorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabili præmissa veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi: Nos hujusmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc sacro approbante concilio, damnamus & reprobamus omnes, qui negare præsumptim aeternaliter Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere: sive etiam temerario ausu assertere, quod Spiritus Sanctus ex b. Patre & Filio tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno procedat.

DE CONSTITUTIONIBVS.
TITVLVS II.

CAP. I.

Nova constitutio Principis tollit primam contrariam, quamvis id non exprimat. Speciales consuetudines, & statuta rationalia non tollit, nisi id exprimat. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

Licet Romanus Pontifex (qui iura omnia in scilicet pectoris sui censetur habere) constitutionem & condendo postforem, priorem (quamvis de ipsa mentionem non faciat) revocare noscatur. Quia tamen locorum specialium & personarum singularium consuetudines & statuta, (cum sint facti, & in facto consistant) potest probabilitate ignorare. Ipsius (dum tamen sint rationabilia) per constitutionem à se noviter editam (nisi expresse caveatur in ipsa) non intelligitur in aliquo de-rogare.

CAP. II.

Duo sunt dicta. Primum, quod statuta ordinariorum non dignantur probabilitate ignorantes. Secundum, quod statutum Episcoporum extra suum diaconum subditum non ligat. Ioan. And.

Idem.

^a *Papa cogit confiteri. Do. & infidelis deponitur. xl. dñs. si Papa, per gloss. vide Magistrum & ibi Dñs. Theologos lib. 1. sent. 11. & 12. Tho. p. 14. 46. Art. 2. & 4. b alia, a Patre. c Qua dicitur quasi commune statutum, & verbum statuti resipicit juxta scriptum. i. dñs. 4. cum itaq. secundaria Anch.*

VT animarum a periculis obvietur, sententiis per flatutam quorumcunque ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes. Dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit aut supina. Statuto Episcopi, quo (in omnes qui futuri commiserint) excommunicationis sententia promulgatur, subditi eius futrum extra ipsum diocesum committentes, minime ligari noscuntur. Cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune.

DE RESCRIPTIS.

TITVLVS III.

CAP. I.

Rescriptum imperatum ab excommunicato, est ipso iure nullum, & inde secutum: nisi in causa excommunicationis vel appellationis, b. d.

Gregorius IX.

Ipsò iure rescriptum, vel processus per ipsum habitus non valeat, si ab excommunicato (super alio quam excommunicationis vel appellationis articulo) fuerit imperatum.

CAP. II.

Ter clausidam, quidam alii, possunt soli quatuor conveniri: & quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variations sit. Jo. And.

Innocentius III. in concilio Lugdun.

Cvm in multis juris articulis infinitas reprobetur, pro vide duximus statuendum, ut per illam generalem clausulam, quidam alii, qua frequenter in literis nostris inferuntur, ultra tres vel quatuor in judicium non trahantur. Quorum nomina in primo citatorio exprimat im- petrator: ne locus fraudi forsitan relinquitur, si circa ea possit liberè variare.

CAP. III.

Si actor contra eum super pluribus personalibus literas impetrat ad diversis, non valent literæ, nec processus eaurum: & reo condemnabitur in expensis. Et idem in reo convenienter vel reconveniente actorem, eodem durante iudicio. b. d. Ioan. And.

Idem in eodem.

Dispendia litium æquitatis compendio volentes, qua possumus industria coactare, statutum felicis recordationis Gregorii Papæ non prædecessoris nostri, super hoc editum ampliantes: Decernimus, ut si quis contra alium plures personales movere voluerit queritiones, non ad diversos judices, sed ad eosdem super omnibus hujusmodi quæstionibus literas studeat

^a *Dñs. hic not. quod laici & gantri statuta Episcopi in favorem anima factio. c. novis. de Indiæ. c. inter. de jure. can. Font.*

Cccc